Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ET XO.

et passionis memores sumus. ut p memoriam
cōpunctionisq; sacrificii quod mane immola
mus ab omnibus aduersis p totum diem secu
ri esse possimus. Illud uero quod uespere agimus
ab omni uitiorum infestatione p totam noctem
nos reddat esse securos. Hoc est enim mane et
uespere quod die et nocte. Hoc est autem die et
nocte quod omni tempore.;

Offeramus autem et decimam partem si
mile offeramus et unum eidem immisuere. O
mirabile sacramentum. Hoc est enim sacrificium
melchisedech. Hoc est sacerdotium pontificis et
nostri. Pontificis inquam cui dictum est. Tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem melchise
dech. Similia enim et unum hic offertur. Si
milam et unum obtulit ipse. Similam et
unum nos cotidie immolamus. Panis enim
corroborat et unum lenificat cor hominis. Con
spergitur autem hec similia hec medulla frumen
ti hic panis unus qui de celo descendit
oleo tunso quem eius de sua ipsius operatione pa
nis iste mutatur in xpi carnem cui obum
bratione et inspiratione de virgine natus
est ipse. Quia uero decimam et quartam offer
re uiber illud apertissime significare uidetur
quod nullus a deo suscipiatur oblatio qui no
uum et uetus non suscipit testamentum. Qua
enim decem sunt uetera legis euangelia uero qua
tuor. ideo in decem et quatuor uetus et
nouum intelligitur testamentum. Igitur fide u
trusque testamenti et oleo ipsius sancti panem et unum
offeramus. Duobus et agnus quidem ideo
adhibetur quem in agni carnem et sanguinem
ista mutantur.;

Alterum uero agnum offerens ad uespam
iuxta ritum matutine oblationis et
iuxta ea que diximus in odorem suauitatis
sacrificium est domino oblatione perpetua in
generationes uiuis. Quia enim unum idemque
utique agnus significat. ideo uno codemque ritu
et uespere offertur et mane. Fit autem hoc sacri
ficium oblatione perpetua. quem usque ad seculi con
sumationem in sancta ecclesia hec oblatio non finiet.
Sed ubi fit. Sequitur.

Ad hostium tabernaculi testimonii coram
domino ubi constituam ut loquar ad te.
ibique propiabo filiis israel et sanctificabitur altare
in gloria mea sanctificabitque tabernaculum testi
monii cum altari et aaron cum filiis eius
ut sacerdotio fungantur mihi habitabo in me
dio filiorum israel. eroque eis deus. Et scient quia
ego dominus deus eorum qui eduxi eos de terra egypti
ut manerem inter illos ego dominus deus eorum. Ad
ostium namque tabernaculi fit hoc sacrificium quia
ibi sunt sacerdotes imo ipsi sunt ostium certaque fi
delium multitudo p eos ingreditur tabernaculum.
Ad hostium quippe fit sacrificium ut statim in ipso
fidei introitu et baptismate suscepto xpi cor
pus et sanguis in xpo regenerati participes
fiant. Vnde et iuxta altare labium ponitur in
quo lauantur sacerdotes. Nec hoc enim in sequenti
dicitur dicetur.;

Facies itaque altare ad adolendum thymia
ma de lignis sethym habens cubitum
longitudinis idest quadrangulum. duos cu
bitos in altitudine cornua ex ipso procedent.
uestiesque illud auro purissimo. tam cacumina
eius quam parietes p circuitum et cornua. Cupi
em altare totam ecclesiam. hoc autem xpi humani
tatem significat. Vnde pp suauitatis odorem qui
sup eo offerebatur altare thymiamatis appellatur.
Ad hoc autem soli pontifici ad immolandum accede
re licebat. quem uni summique pontifici humani
tatem significabat. Hui enim altaris flagrantia sen
serat ecclesia cum dicebat. Trahe me post te et
curremus in odore unguentorum tuorum. Hui odorem
et ysaac sentiens ait. Ecce odor filii mei sicut
odor agri pleni cui benedixit dominus. Hic est enim ille
flos campi et lilium convallium in quo septem
spiritus sancti gratie requiescunt. Est autem hoc altare de
lignis sethym de lignis fortibus et imputribi
libus. Vnde et psalmista de eo loquens ait Nec
dabis sanctum tuum videre corruptionem. Sethym
namque spiritualiter interpretatur. Spiritus autem hoc alta
re coronatum legimus. Est autem quadrangulum
firmum stabile et immobile. Hoc est enim illa fir
ma petra sup quam fundatur ecclesia. Elevatur
autem duobus cubitis altitudine quia qui duo
cubitis deo et proximo conficitur. Habet autem unum
cubitum in latitudine. quia deus et homo unus est
ipse. Denique quia filius in patre et pater in fi
lio et spiritus sanctus ab utroque procedit. non imperfecte et
tribus cubitis hoc altare metitur. Cornua uero
ex ipso procedunt. quem omnis virtus et fortitudo
non p accidens non aliunde uenit sed semper
naturaliter et substantialiter in seipsum et possi
dere saluatorem. Vestitur autem auro purissimo
quia non solum sapientiae et scientiae lucem re
fulget uerumetiam ipse est a quo est omnis sapien
tia et cum quo semper fuit et est ante omnia. Hoc e